



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 6. Lunensis Comes insciis Gallis ex improviso Ecclesiam accedens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

neque
um, qui
quod-
on tan-
rdinali,
rotulit:
nes ac-
o finem
us, de
ntentio:
s honor
cunctos
d nihil
uemad-
e juncto
liceret
s exci-
eliquo-
idque
o illuc
rpato:
s, ne-
bantur
ratores
od hi
diversa
io hæc
is pro-
a Dra-
inque-
nifica-
bat,

bat, nullam concordiæ spem reliquam Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

§. VI.

*Lunensis Comes insciis Gallis ex im-
proviso Ecclesiam accedens.*

Hac relatione percepta eo consilium *Pallav.* c. 8.
abiit, ut Gallis insciis, nilque cogi- num. 7.
tantibus res perficeretur: id autem hac *Visconti t. 2.*
ratione factum: die vigesima nona Junii *Lett. 48.*
Divo Petro sacra Oratores, ac plurimi *pag. 122.*
Præfules ad Præsidum ædes convene- *Thuan. l. 36.*
rant, eosdem ad Ecclesiam comitaturi,
cumque prope essent, ut e domo sua
egrederentur, clam eisdem insinuatum,
quod Hispaniæ Orator pariter Templum
adire pararet, quibusdam suæ Natio-
nis Prælatis stipatus. Re percepta Le-
gati secreto sacrorum rituum Magi-
strum jubebant, ut ad Sacristiam se-
dem quamdam deferri, atque exteros
duos Presbyteros acciri curaret, qui eo-
dem tempore, quo Altaris Ministri
exirent, & ipsie Sacristia egrederentur,
atque tam æquali gressu cum illis in-
cederent, ut incensum, & pacis signum
eodem prorsus momento Franciæ simul
& Hispaniæ Oratoribus juxta Pontificis
mandata exhiberentur. Hæc consilia
Gallos, qui apud Præfides erant, tum
adhuc latebant, nec quicquam eis sub-
soluit, donec ad Ecclesiam delati essent:

Y 5

verum

Sæcul. XVI. verum suas vix sedes occupabant, cum
A.C. 1563.

illico Hispaniae Oratorem ingredi cernerent, Missa nondum incæpta, quæ eo die ab Astenfi Episcopo Sabaudiæ Ducis Oratore celebrabatur: afferebatur ergo quantocius e Sacrario sedes quædam rubra ferico contexta pro Hispano Oratore, ac illa prope columnam Cathedralis Ecclesiæ in superiori parte, ubi ea res peragebatur, collocatur inter Madrarium Cardinalem, & primum Patriarcham, atque exiguo sejuncta intervallo a sublimioribus sedibus, quæ pro Cardinalibus erant destinatæ: itaque Comes mox hanc sedem occupat, adeo ut velut e regione Oratorum Laicorum consideret; nam Oratores Laici alibi locum obtinebant ad dexteram Prædum collocati.

§. VII.

*Gallorum indignatio, ac tumultus inde
 inter Patres suscitatus.*

Pallav. l.c.
 Sarp. p. 701.

Hæc rei novitas non parum commovebat Gallos, atque inter eos Lotharingius Cardinalis acriter coram Legatis querebatur, præsertim eam obcaussam, quod ne verbo quidem antea fuerit admonitus, & Pontificis iussa silentio adeo religioso celarentur. Inde mox ingens inter Patres murmur excitatatur: sed majorem suspicionibus, sermo,